



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Periocha In Secvndam Partem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

cap. 13. pascuorum, c. 15. confiscationum ex delicto, ca. 17. 18. 19. 20. de mari, de fluminibus publicis, cap. 14. de syluis & nemoribus, c. 16. de edificiis & operibus publicis, c. 21. de fontibus & aqueductu, cap. 22. quorum etiam aliqua possunt dici communia vniuersitatis, cap. 21.

Subinde expectabis in 4. lib. de rebus priuatis, quae singulorum sunt: insituiturq; sermo in eo de rebus quae liberae sunt, & quae seruiunt aut personis aut rebus aliis seu praediis, cap. 1. & inibi de usu, habitatione & usufructu, & aliis commodis tribus perceptis ex rebus per personas, cap. 2. de usufructus natura & distinctione ab usu & eorum actione, ca. 3. in quibus constituantur, quomodo acquirantur & amittantur, cap. 4. & 5. de seruitutibus urbanis, Oneris ferendi, cap. 7. tigni immittendi, cap. 8. stillicidii immittendi, auertendi, ca. 9. alius tollendi vel non tollendi, cap. 10. luminum, cap. 10. & 11. protectus habendi, cap. 12. & aquam eiciendi, cap. 13. Item de rusticis, scilicet itineris, via, actus, cap. 14. aqueductus, cap. 15. aquae haustus, cap. 16. excipiendi aquam, cap. 17. Appulsus pecoris ad aquam, ca. 18. pecoris pascendi, cap. 19. arenae fodienda, calcis coquenda, vreta eximenda, cap. 20. & aliis, de constitutione seruitutum, cap. 21. de actionibus pro illis, cap. 22. de amissione illarum, cap. 23. Atque his anneximus earum rerum notionem, quam necessario cognoscere oportet, pro explandis seruientibus rebus, de vicinis, cap. 24. de restitutione operis nocentis citra ius seruitutis facti, & remedia quod vi aut clam, cap. 25. de damno infecto, cap. 26. de operis noui nuntiatione, cap. 27. & quibus & a quibus nuntiatio haec fiat, cap. 28. effectum, ca. 29. & formas nuntiandi, cap. 30. & modos quibus nuntiatio extinguatur, cap. 31.

Iterum facilius doctrinae gratia, subdividimus alio libro, 5. res seruas aut liberas, in communes, confusas, & proprias, ca. 1. Et explicatis singulis, de communium agimus diuisione, seu de iudicio communi diuidendo, cap. 2. de diuiduo & indiuiduo, cap. 3. de familiae eriscunda, cap. 4. & finium regundorum iudicis, cap. 5. agitur.

Subiicitur deinde lib. 6. Aliud membrum rerum liberarum explicandum, & diuiduntur res liberae in allodiales, censuales, emphyteoticarias, & feudales, cap. 1. De singulis agitur strictim & remissive, de feudis in hoc libro latius, seu de rebus feudalis, & ea ratione instituitur methodica tractatio de finitione & diuisione feudorum, cap. 2. Et quae proprie feudales res, quaeue improprie, annotatur, quae dignitatis, quae noua feuda, antiqua, paterna, materna, hereditaria, realia, ligia, reata. Quae impropria feuda, ut non recta, franca, libera, habitationis soldatae de camera, de cauena, guardia, Castaldiae, cap. 3. Et rursum, quae nobilia, ignobilia, cap. 4. Ecclesiastica, secularia, cap. 5. perpendimus, res quae in feudum dari possunt, stipendiaria & tributaria praedia, cap. 6. Et personas quae ex rebus titulos habent, & res diuersas indicant feudales, quae dant vel possident feuda, Imperatores, reges, duces, cap. 7. comites, cap. 8. marchiones, cap. 9. barones, cap. 10. castellanos, valuaßores, valuaßinos, vassos, cap. 11. mulieres, cap. 12. Et harum personarum aetates, legitimam vel spuriam natiuitatem, cap. 13. Modos constituendi vel acquirendi feuda, & inuestituram, & formam seu symbolum eius, cap. 14. Iuramentum fidelitatis, cap. 15. utilitates horum, cap. 16. successionem particularem, ca. 17. testamentariam, cap. 18. extinctionem vel ademptionem beneficij feudalis, cap. 19. negotia ingratiitudinis, cap. 20. Finem quo reuertatur res feudalis, cap. 21. & controuersias & iudicia harum rerum, cap. 22. Et hic prioris partis operis huius constituimus periodum.

PERIOCHA IN SECVNDAM
PARTEM.

Absoluta prima iuris parte de rebus, peruenitur ad personas seu homines, in quibus rerum corporaliu & incorporaliu fit coniunctio & epitome, ut docemus, & postea diuidimus sexu in masculinum & feminam, hermaphroditos, & eunuchos, quorum species, modum, & sanctiones, quae ad illos pertinent, explicamus, cap. 1. & 2. Nugas eorum, qui homines non Adamicos constituerunt, reprobamus: indicantes quae de nymphis, pygmis, satyris, sphingibus, tritonibus, & de similibus monstris animalibus hominis formam aliquantum referentibus, credendum sit, cap. 3. de lelibimis & fatidicis mulieribus.

Hisque praetermissis, ad Adamicos & veros humanos homines, constantes corpore & anima immortalis, sermonem lib. 8. referimus, adhibita prima & praecipua ex natiuitate seu ex coniunctione maris & feminae distinctione, quam vel legitimam vel illegitimam constituimus. Et ex legitima coniunctione naturali, filios absolute nasci, ex illegitima autem alterius generis partus ostendimus, videlicet, spurios, vulgo quae sitos, naturales tantum, incestuosos, nefarios, adulterinos, cap. 1. In his rursum legitimam coniunctionem, ut originem proli tractamus, de sponsa, sponso, & sponsalibus, cap. 2. Et cur praecedere sponsalia matrimonium seu nuptias soleant, cap. 3. qui quaeue per se vel per alios ea contrahant, cap. 4. quae horum qualitates, cap. 5. & quae accidunt sponsalibus, cap. 6. de arrha, sponsalitia largitate, donationibus ante nuptias, cap. 7. proxenetriis, osculo, c. 8. solutione sponsaliorum, c. 9.

Subinde lib. 9. de nuptiis agitur, de synonymis matrimonij, cap. 1. de finitione, institutione, ex vago concubitu, cap. 2. de coniunctione & consensu nubentium, & parentum illorum, cap. 3. de societate indiuidua, cap. 4. ritibus & speciebus uxorum, cap. 5. rationes introductarum nuptiarum, cap. 6. Et de personis quibus prohibentur propter aetatem, cap. 7. propter consanguinitatem vel affinitatem, cap. 8. quae occasione & consanguineas & affines personas declaramus, cap. 9. 10. 11. Et alias prohibitarum nuptiarum causas prosequimur, erroris furoris, frigiditatis, masculinij, cap. 12. & similes, cap. 13. Potissimum ecclesiasticarum personarum, cap. 14. de dissolutione & modis abeundi a matrimonio iuris natura, ciuili, diuini, & pontificij, cap. 15. & 16. de accessoriis nuptiarum, dote, paraphernis, & antiphernis, cap. 17. & 18. de oneribus matrimonij, cap. 19. & 20. Et aliis nuptiarum axiomatibus, cap. 21. de dote repetenda, cap. 22. vel non repetenda seu lucranda, cap. 23. de priuilegiis dotis ratione hypothecae vel caussarum aliarum, cap. 24. de donationibus inter virum & uxorem validis & invalidis, cap. 25. de repetitis nuptiis, & de his quae in illis nocent binubis, c. 26.

Decimus liber, aliud membrum personarum ex illegitima coniunctione natarum absolutu, & parentis & partus illegitimos declarat, agitque de concubinis, cap. 1. meretricibus, cap. 2. & illarum naturalibus, spuris, incestuosis, adulterinis, nefariis, cap. 3. & qui restitui natalibus, & quibus modis legitimari possint, c. 4. Ad legitimos tantum subinde descendendo per spiritualem cognationem, c. 5. vel per adoptionem & arrogationem, c. 6. quomodo fiant breuiter tradens.

Vndecimus, postquam iam praecedentes personas veluti natescentes nobis proposuerunt, personarum veluti natarum qualitates prosequitur: & statum naturalem, gentium & ciuilem exhibet & distinguit liberorum seu ingeniorum seruatoru, liberu.

Periocha in Iuris vniuersi Syntagma.

minorum, c. 1. agit q. vna de potestate in liberis personas generaliter prius, c. 2. & speciali nota in domesticos, c. 3. in uxorem, c. 4. in filios, c. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Hunc excipit 12. agens de potestate tutorum in pupillos: & tutelarum explicat causam, qui in sua tutela & aliena sint, c. 1. quid tutela & qualis eius auctoritas, c. 2. officium, c. 3. qui gerere tutelam possint, c. 4. qui suspecti ab ea reuocantur, c. 5. qui excusantur, c. 6. quae tutelarum species, c. 7. declarans testamentariam, c. 8. legitimam, c. 9. viramq. & parentum, c. 10. & patronorum, c. 11. & fiduciarum, c. 12. Datinam, Atilianam, & alias, modumq. dandi & confirmandi ex his legitimis tutores, c. 13. honorarios tutores & notitia causa datos, c. 14. & finem tutelarum, c. 15.

Et seriem sequitur 13. liber, agens de curatoribus diuersa speciei, c. 1. pupillorum, c. 2. minorum, c. 3. & eorum restitutione, c. 4. mente captorum, stultorum, furiosorum, c. 5. prodigorum, c. 6. ventris, c. 7. bonorum, c. 8. publicarum rerum, c. 12. & de auctoribus tutorum vel curatorum, c. 9. actionibus directis, c. 10. & contrariis tutela & cura, c. 11.

Ad potestatem in seruos incidit liber 14. Et qui sint liberi & serui natura, vel hominum constitutione docet, c. 1. Seruitutem diffinit, c. 2. quomodo fiant aut nascatur serui, demonstrat, cum causis ex quibus probata est personarum seruitus, c. 3. Iura simul & utilitates potestatis dominicae, c. 4. & quot modis soluitur illa potestas volentibus dominis, c. 5. vel inuitis, c. 6. quomodo solutione illa libertini fiant & ab ingenuis distinguantur, c. 7. qui inde patroni dicantur, & iura eorum, c. 8. & quando illa amittuntur, c. 9. & data occasione, de iure patroni, clientela agit, c. 10.

Quindecimus liber de personis Ecclesiasticis agit, de praesentia potestatis earum, c. 1. de Episcopis in vniuersum, c. 2. de summo Pontifice gentilium, Iudeorum, & Christianorum, c. 3. de cardinalibus, c. 4. patriarchis Constantinopolitano, c. 5. Alexandrino, c. 6. Antiocheno, c. 7. Hierosolymitano, c. 8. & de patriarchatu in genere, c. 9. de primatibus, c. 10. Archiepiscopis, c. 11. Episcopis in specie, & chorepiscopis, c. 12. Abbatibus, c. 13. & eorum monachis, c. 14. legibus monasticis, c. 15. causis institutionis monasteriorum, c. 16. de que monialibus, c. 17. prioribus & praepositis, c. 18. cancellariis, c. 19. Archidiacono, c. 20. archipresbytero & decanis, c. 21. primicerio, cantore, precentore, chorodidactis, choragis, chorodectis, c. 22. praebendis canonicis vtriusque sexus, c. 23. curionibus, c. 24. coadiutoribus, c. 25. iniuitulatis, c. 26. pensionariis, c. 27. Orphanotrophis, & piorum locorum seu hospitalium praepositis, c. 28. capellanis, capellis, oratoriis, c. 29. praestimonium habentibus & obituariis, c. 30. operariis seu sacris editiuis, c. 31. de collegiatis, c. 32. de conuentibus seu societatibus sacrorum militum, vt de templariis, c. 33. cruciferis, hospitalariis ordinis sancti Iohannis Hierosolymitani, c. 34. & de aliis sacris militibus, c. 35. detrahentibus beneficia manualia, c. 36. de vicariis temporalibus, officiali, ca. 37. commendatario, c. 38. de officariis Ecclesiasticis, vt de thesaurariis, c. 39. economis, & vicedomino, syndico, & aliis, c. 40. de officariis ordinariis, c. 41. & sedis Apostolicae, c. 42.

Liber 16. persequitur personas sacris ordinibus inauguratas, clericos, c. 1. eorumque ordines, c. 2. ostiarios, c. 3. lectores, c. 4. exorcistas, c. 5. acolytos, c. 6. subdiaconos, diaconos, cap. 7. presbyteros seu sacerdotes gentilium Iudeorum, Christianorum, c. 8. & qui ordinare possint, c. 9. & qui ordinari, c. 10. & de modo & forma ordinationis, c. 11.

Subinde lib. 17. beneficiorum & personarum, quae ab illis accipiunt nomen, euoluit tractationem, quid ve sit beneficium explicat, c. 2. & eorum species, ca. 3. ius patronatus ecclesiasticum, c. 4. beneficiorum erectionem, c. 5. collationem, ca. 6. & de qualitate conferentium, c. 7. de iure regaliorum, c. 8. de iure deno-

luto, c. 9. de mandatis ad beneficia & mandataris, c. 10. De modis legitimis dandi ecclesiastica beneficia, electione, collatione, postulatione, ca. 11. De confirmatione electionis, c. 12. consecratione, & benedictione, c. 13. de collatione libera, ca. 14. necessaria, c. 16. De vacatione, c. 17. per modum renuntiationis, c. 18. & per mortem, c. 19. de beneficio iuigioso, c. 20.

In lib. 18. persona potissimum publica & alia declarantur, quae ad publicam pertinent auctoritatem: principes legitimi & illegitimi, cap. 1. & 2. agitur & de populo, c. 3. & magistratibus in genere, c. 4. de priuatis, c. 5. de prophetis & uatibus, cap. 6. de philosophis, c. 7. mathematicis, c. 8. de physicis, c. 9. de iis qui speculatiuis vacant disciplinis, c. 10. de iuriconsultis, c. 11. de gerentibus publica munera, c. 12. & 16. & de honoribus municipalibus & diuersa appellatione eorum, qui ea gerant, c. 13. & 20. de decurionibus, c. 14. optionibus, c. 15. diuiniuris, c. 17. de defensoribus ciuitatis, cap. 18. de legatis, ca. 19. de artificibus, c. 21. de architectis, c. 22. de agricolis, cap. 23. pastoribus, cap. 24. medicis, cap. 25. variisq. aliis artificibus, c. 26.

Tandem in lib. 19. de personis militaribus, & iis quae ad artem militarem spectant, tractatur: & agitatur primum de militibus & paganis, deque militia duplici, c. 1. & 2. de militum distinctione, cap. 3. de sacramento militari, vt de missione, c. 4. de legibus militaribus, c. 5. de annonae, cap. 6. de veste militari, cap. 7. de hospitibus militum, cap. 8. de praediis & castris eorum, cap. 9. deque officiis & poenis, cap. 10. & circa segnitatem eorum legibus, cap. 11. vt & circa alia delicta, c. 12. de obsidibus, cap. 13. de priuilegiis & eorum negotiis, cap. 14. de castris peculio, cap. 15. deque aliis eorum priuilegiis, c. 16. & 17. de magistreria militari dignitate, c. 18. & collegiis militum, c. 19. Et sic manus imponitur extrema secunda parti, quae personas complectitur & qualitates earum.

PERIOCHA IN TERTIAM PARTEM.

Hic expenditur rebus & personis, ea quae potuimus diligentia seorsum & separatim, restant negotiorum compositiones enucleanda in tertia hac iuris parte, quae versatur aut circa res acquirendas, aut amittendas, aut conseruandas, ex quibus non bene compositis sequuntur lites, crimina & iudicia, & media quaedam, quae ea praeparant. Primum itaque acquirendi & amittendi modis, lib. 20. ca. 1. proponimus vniuersaliter, horumque iurisdictionum praecipuos, statim c. 2. subiungimus singulari explicatione per occupationem & inuentionem c. 3. de hinc 4. captionem ab hostibus, cui accedit ius postliminii in c. 5. & c. 6. redemptionem, & c. 7. per nauitatem, & c. 8. per alluionem, in c. 9. per accessionem artificialem, quae vel iungit vel unit, vel confundit res. Sequitur 10. modus per traditionem: atque per quas personas hac acquirantur in 11. docemus, & in 12. quomodo amittantur, ostendimus.

Fit inde commode transitus, lib. 21. ad conuentiones in genere, quibus negotia pleraq. tractantur & componuntur, res quaeruntur & distrahuntur: & harum conuentionum necessitatem primum demonstramus, c. 1. quid ille sint, quae contineant, quomodo fidem praestanda admittat, 2. Quomodo obliget, quid sit obligatio, & quas species habeat, ciuiles vel naturales, honorarias, mixtas, 3. Quae res veniant in conuentionem, 4. Quae persone pacisci possint legitime, 5. De formulis conueniendi in genere, 6. De conuentionum effectibus, rationibus & causis, 7. Additis & actionibus variis, in 8. Et interdictis, 9. De incrementis actionum per id quod interest, 10. aut per culpam, & de culpa, 11. Per casum fortuitum, & de casibus fortuitis, 12. Per dolum, & de dolo, 13. Per moram, & de mora, 14. Per insancionem & impensas, 15. Et postea tractamus de minutione vel sublatione obligationum & actionum, per impensarum deductionem, in